AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 94r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

fletu tacet. Sane in eo quod ait lucas quod conuersus dnus respexit petrum · quomodo accipiendum sit diligenti consi
derandum est · Quamuis enim dicantur etiam interiora
atria · tamen in exteriore atrio fuit petrus inter seruos · qui
simul se ad ignem calefaciebant · Non est autem credibile
quod ibi audiebatur dnus auditus ut corporalis fieret illa re
spectio · Nam cum dixisset mathe tunc exspuerunt in faciem
eius · & colaphis eum ceciderunt · alii autem palmas in faciem ei
dederunt dicentes · prophetiza nobis xpe · quis est qui te percussit ·
secutus est dicens · petrus uero sedebat foris in atrio · quod non
diceret · nisi illa cum dno intra agerentur · & quantum colli
gitur in narratione marci non solum in interioribus · sed etiam in
superioribus domus agebantur · Nam prea qua marcus talia narrauit
secundum ait · et cum esset petrus in atrio deorsum · Sicut ergo quod
mathe ait · petrus uero sedebat foris in atrio ostendit quod illa intra
agerentur · sic eo quod dixit marcus · & cum esset petrus in atrio
deorsum · ostendit non solum in interioribus · sed etiam in superioribus
gesta que dixerat Quoniam & respexit dnus petrum facie corpo
rali · Quapter uidetur mihi illa respectio diuinitus facta · ut ei ueniret in mentem quotiens iam negasset · & quidem
dnus precaruisset · atque ita misericorditer domino respiciente ·
peniteret eum · & salubriter fleret · sicut cotidie dicimus ·
domine respice me · & respexit eum dns · qui de aliquo periculo
uel labore diuina misericordia liberatus est · & sicut dictum est · respice
& exaudime · & conuertere dne liberam animam meam · ita
dictum arbitror · conuersus dnus respexit petrum · & recordatus
est petrus uerbi dni · Denique cum frequentius soleant in
narrationibus suis ponere unum quam omnem · in lucas dnm